



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 36. Turcarum clades ad S. Gothardum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII. Cecidere in hoc conflictu Turcarum  
A. C. 1664. plusquam tria millia: Depulso ex  
fula hoste, Strozzius dum in tentis  
Belliducum virtutem deprædicabat  
glande petitus die septima Junii obiit  
non sine maximo militum suorum luctu  
Is enim, quantus esset magis moris  
sua quam victoriis patefecit; eo enim  
sublato Turcæ illa adhuc die Neopolitana  
rinensem arcem vallis & aggeribus circumdame-  
gebant, eamque eminentiori ex circumstantiis  
quem Hungari occupare neglexerunt  
tam assidua tormentorum explosione  
verberabant, ut die ultima ejusdem  
Mensis eam vi occuparent.

§. XXXVI.

*Turcarum clades ad S. Gothardum*

*Tuld. Hist.  
Hung. l. I.*

Soluta Canisiana obsidione, incensus  
que Comarrino & Egerseckio Turcarum  
trajecto Arrabone fluvio Jaurinum  
fidere, ac circumvicinam Regionem  
devastare moliebantur: Horum tantæ  
consilia retardabat Succius Marecchius  
lus, qui Leviam obsidione liberavit  
inuitoque prælio plusquam sex Turcarum  
rum millia die decima nona Julii trucidavit  
davit, occupatisque Turcarum castris  
opimam prædam inter suos distribuit  
Hac Cæsareorum victoria præludebat  
tur internecinæ Turcarum cladi.

erat prima Augusti, qua generosus Sæc. XVII.  
Comes Montecuculus Barcanum oppi- A. C. 1664.  
dum e Regione Strigoniensis urbis oc-  
cupare constituit, Turcisque inde de-  
jectis ad Sanctum Gothardum castra po-  
suit, de rei summa cum hoste decer-  
taturus. Haud segnius Turcæ Cæsa-  
reos aggredi statuunt, ac summo ma-  
ne sex Janissarorum millia trajecto flu-  
mine mediam Christianorum aciem in  
fugam agunt, totumque exercitum  
prostrassent, nisi Hohenloe Dux, qui in  
eminenti montis loco confederat, cum  
suis descendens, Turcas iterato repu-  
lisset. Peropportune ad Cæsaris castra  
advenerant Gallorum, ac Imperii sup-  
petiæ, quibus auctus Comes Monte-  
cuculus habito belli Senatu hostem, qui  
iterato Arreborem fluvium trajicere,  
sociisque fluminis transitum sternere sa-  
tagebant, aggredi decrevit. Toto igitur  
exercitus robore in primas Turcarum  
phalanges irrui: ferociter quoque  
Turcarum equites in lævum Gallorum  
cornu invehuntur, dimicatur utrinque  
non minus strenue, quam pertinaciter,  
ac Turcæ cominus pugnam conferere  
coacti, fortiter gladios stringunt, vicif-  
sim vero Germani ac Galli pedites ha-  
stis suis omnes Turcarum impetus elu-  
dunt: tandem vero Cæsarei Cata-  
phracti effusis habenis in barbaras le-  
giones

Sæc. XVII. giones tanto impetu irrumpunt, & prælio in septimam horam protrahunt. A. C. 1664. Turcæ in fugam & amnem agerentur, & equites sine ordine fugati Turcicos pedites proculcarent, secumque in profundum abriperent. Periere in hac pugna præter eos, quos aquæ sufforperant, sexdecim ferme Turcarum millia, quinque Bassæ, atque inter eos Ismael Budanus a Denewaldo Castellurione in medio flumine trucidatus. Triginta & aliquot Agæ, quamplurimum Equitum Tribuni cum suo Genere. Parta fuere quatuordecim belli tormenta, alia partim ex undis extracta, partim in eas a Gallis præcipitata. Hæc victoriae fructus erat pax, quæ tamen a nonnullis nimium præfata credebatur; arguebantur enim Castellari, quod, dum vix vincere cæperant, jam bellare fastidirent.

## §. XXXVII.

*Erfordiensis tumultus contra Moguntinum Archiepiscopum.*

*Priorat.  
Hist. Leop.  
p. 2. l. 5.  
Tuld. Hist.  
decen. l. 3.*

Jam dudum inter Erfordiensis civitatis cives, & Joannem Philippum de Schönborn Moguntinum Archiepiscopum atque Electorem acre ferveret dissidium, cujus occasionem dedit amittendæ libertatis timor, aut san-